



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

36. Quid sit de illorum, qui dant sanis Eucharistiam asseruandam, vt si peste corripiantur illam sumant?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

QVÆSTIO XXXVI.

Quid sit de illorum, qui dant sanis Eucharistiam aſſeruandam, vt, (i peste corripiantur, illam ſumant?

Quæſtionis explicatio.

CASVS est talis: Timent ſubditi, ne pastore peste infecto vel mortuo nõ lit alius, qui Eucharistiam illis ministraret; Itaque petunt à pastore aliquas hostias sibi dari, quas in necessitate ſumant, vt dicuntur feciſſe Religioſæ in quodã clauſtro, quæ à Confessario peste correpto petierunt consecrari plures hostias, quas in sacra pixide ſeruarunt, & postmodum peste correptæ, inde sibi ſumpſerunt & ministrarunt; quid de hoc modo agendi censendum?

Reſponſio.

NEque hic modus est licitus, peccat enim multipliciter: Primo contra morem & consuetudinem præſentis Eccleſiæ, quæ non ſolet dare Eucharistiam, vt aſſeruetur in (a) priuatis & profanis ædibus. Deinde, quia committit laicis (b) & sæcula-

a Conc. Tol.

l. c. 14.

b c. Peruenit

de consecrat.

dist. 3.

saecularibus asseruandam Eucharistiam, quibus vel ipsa (a) vasa sacra contingere prohibitum est. Postremo, quia iniuriam facit sacramento, exponit enim illud multis abusus etiam sacrilegis, ut videre licet in Conciliis (b) Toletano, (c) Caesaraugustano: & praesertim si statum huius temporis consideremus, quo passim malefici & sagē abutuntur sacramentis, & praesertim Eucharistia, ad sua maleficia patranda, ut apud Paulum (d) Grillandum & alios videre est.

a *Con. Rom.*
2. *sub Sylues.*
can. 9.

b *Tol. l. c. 14.*
c *Casar. c. 3.*

d *Tract. de*
sacril. q. 3. n.
9.

Dices. In primitiua Ecclesia in more positum fuit, ut priuati acceptam à sacerdote in Ecclesia Eucharistiam secum domum deferrent & seruarent, qua pro oportunitate & necessitate communicarent: Cuius consuetudinis testes sunt D. (e) Basilius: *In Alexandria & Egypto (inquit) vnusquisq; de populo habet communionem in domo sua acceptam à sacerdote sacrificante & distribuente.* Et (f) Tertullianus: *Nesciet (inquit) maritus, quid secreto ante omnem cibum gustes, & si sciuerit, panem non illum esse credet, qui dicitur.*

e *Epistol. ad*
Cas. Patrit.

f *Lib. 2. ad*
uxorem.

β. Huiusmodi consuetudinem primitiuae Ecclesiae, sicut & alias quasdam, (de quibus ante diximus) aliquot saeculis toleratam fuisse, propter paucitatem &

Bb 4 rarita-

a *Serm. 156.*
 de *Tempore*
 b *Hist. Angl.*
 lib. 4. ca. 24.

raritatem Ecclesiarum & sacerdotum, nec non insignem pietatem Christianorum, quae ea religiosissime & sanctissime utebantur, ut videre est apud D. Augustinum (a) Bedam (b) & alios: verum progressu temporis, crescente numero sacerdotum, refrigerante etiam pietate & religione Christianorum, prohibitum fuisse alibi asseruari Eucharistiam, quam in templis idcirco consecratis, ut videre licet in Conciliis Toletano & Caesaraugustano ante citatis. Itaque non ad illam antiquam consuetudinem respicere debemus: facies enim Ecclesiae ab illo tempore plane immutata est, sed ad praesentem sacris Canonibus & modernis fidelium moribus attemperatam.

QVÆSTIO XXXVII.

Quibus modis potissimum peccari solet in administratione sacramenti Eucharistiae tempore peccatis?

Quaestionis explicatio.

Consueta methodo mouetur haec quaestio, ut breuiter recenseam peccata, quae frequentius accidere solent tempore peccatis in consecratione & administratione sacra-